



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesius**

**Sammieli, 1613**

De 6. exco[m]m[unicatione]. cap. 22.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

duntur, & mistum habent imperium, uti sunt illustrissimi Veneti, & Magni duces Sabauidæ, & Etruriæ. Qui autem sub alterius sunt iurisdictione, nec imponere, nec exigere queunt.

*De Sexta excommunicatione.*

Cap. 22.

**I**ncludit falsarios literarum Apostolicarum, id est, falsò litteras Apostolicas scribentes in forma breuis, gratiam vel iustitiam concernentes, falsò huiusmodi supplicationes nomine Romani Pontificis, seu Vicecancellarii, aut eorū vices gerentis signantes, ligat etiam defensores, & fautores, eorundem. litteræ Apostolicæ sunt Bullæ plumbatae & breuia Apostolica. Non tamen includunt impetrantes, litteras subreptitias, vel litteras legatorum, seu Nuntiū Apostolici · nec qui sensu-

immutato, vnam literam, vel distinctionem mutant, nec habentes falsas litteras sine usu, vel inutiles domi in scrinio conseruantes.

*De septima excommunicatione  
Bullæ.. Cap. 23. & 24.*

**E**st contra deferentes arma offensiva, & defensiva infidelibus, Christianos impugnantibus, quā incurunt etiam deferentes ferrū & ferri filum, stannum, chalibem, equos, instrumenta bellica, lignamina, quibus naues, & triremes fiunt, funes & funium materiam. Item certiores facientes ipsos infideles, Turcas, & Saracenos, vel etiam Hæreticos de statu Christianæ Reip. in detrimentum eiusdem: cōsiliū etiam & fauorem præstantes: Non ligavendentes arima in terris infidelium absque delatione, nec defferentes inter eos ex vna ciuitate in aliam